

ex Regest. script. veterum, pag. 83, et 30 Aprilis d. anni, et lib. pag. 99.

(65. Equites Hierosolymitani vigore privilegiorum apostolicorum suæ religioni concessorum gaudere debent exemptione a dantiis, collectis, et gabellis et aliis oneribus, exceptis illis, quæ a sede apostolica fuerunt imposita, et in impositione specificè eadem religio est nominata. Anconitana 13 Julii 1637, lib. III Decr. Pauluc. p. 36.

(66. Eques Hierosolymitanus est exemptus etiam pro bonis patrimonialibus, et acquisitis. Novarien. 5 Februarii 1630, lib. II Decr. Paul., p. 26; Tudertina 10 Januarii 1638, libr. III Decretal. Paul., pag. 53.

(67. Equites Hierosolymitani absentes non gaudent privilegio competente clericis ex causa absentibus pro eorum franchitiis farine. Bituntinæ 21 Novembris 1634, lib. III Decret. Altovidi pag. 388. (68. Verum equiti Hierosolymitano absenti ob caravanas facienda debentur franchitiæ. Bituntina 16 Julii 1697, l. II Decret. Vallem. p. 191.

(69. Equites præfati non comprehenduntur in contributione pro refectioe pontis, auctoritate apostolica imposita, quando non fuerunt specificè expressi in impositione. Cæsaraugustana 20 Junii 1671 l. I Decret. Altov., pag. 365.

(70. Scribitur episcopis, et aliis ordinariis quibus concessa fuit facultas contribuendi ratione belli, et hospitalitatis, militiarum exterarum, quod sanctitas sua intendit bona religionis præfate possessa ab equitibus esse immunia a prædicta contributione. Meliviana 16 Februar. 1692. lib. Decr. Grimaldi, pag. 86. Parmen. et Mutinen. 26 Novemb. 1692, lib. II Decr. Val. p. 93.

(71. Injungitur restitui quidquid exactum fuit per ministros laicos super bonis equitum S. Joan. Hierosolymitani contra dispositionem decreti emanati 31 Augusti 1677. Bononien. Fanen. et Ravennaten. 24 Augusti 1695, libr. I Decret. Vall. pag. 211.

(72. Verum aliquando, de mandato sanctissimi episcopus potest cogere ad concurrendum pro reparatione viarum pro rata tantum commodi privati; Cæsenat. et Imolens. 25 Junii 1695, d. libr. pag. 196.

(73. Ordinarius procedere potest, ut a curia sæculari excarceretur, et remittatur miles Hierosolymitanus prætensus reus; at in causa delicti commissi ordinarius non debet procedere, sed remittenda est ad magnum magistrum ejusdem militiæ; Panormitana 2 Februar. 1637, lib. III Decret. Paul., pag. 25.

(74. Injungitur nuntio Apostolico, ut assistat judici et conservatori privilegiorum ordinis Meliten. Tranen. 30 Julii 1693, libr. I Decret. Vall. pag. 206.

(75. Super recursum clerici beneficiati equitis Hierosolymitani detenti in castro

(37) Carolus Macer, aliique asserunt Melitensium militum triremibus olim celebratum missam, quam « siccam, » alii « sine canone » appellant, ut quæ Corporis et Sanguinis Christi sumptione careat. Verum Paciaudius l. c. p. 385, nulla hujus rei vestigia in veteribus ordinis monumentis se deprehendisse testatur. Imo cum liturgia apud equites nostros vix

per curiam laicalem, injungitur D. archiepiscopo et D. nuntio, ut conjunctim illum tueantur prout de jure; Neapolitana 17 Maii 1695, d. libr. pag. 190.

(76. Datur facultas archiepiscopo procedendi contra gubernatorem, licet equitem Hierosolymitanum, in causis violatæ immunitatis; Materanen. 27 Novemb. 1666, lib. I Decr. Altovit., pag. 66. Caven. 15 Octobris 1667, d. libr., pag. 165. Monopolitana 15 Jan. 1667, d. libr., p. 79.

(77. Datur facultas archiepiscopo extrahendi equitem d. religionis confectorem monetæ falsæ, et tonsorem monetarum, ac conficiendi processum et caute custodiendi; Neapolitana 6 Septem. 1677, lib. II Decr. Altov., p. 175.

(78. Ex gratia sanctissimi injungitur D. nuntio, ut mandat conservatori religionis Hierosolymitanæ confici processum contra equitem d. religionis, qui in publica platea, ac diurno tempore baculo percussit præsidem generalem ærarii ducis Sabaudia, et permittat assistere posse ministrum ducalem, cum expressa tamen conditione, ut certior sit sanctissimum, cum transmissione contentorum in processu fabricato; Taurinen. 30 Junii 1628, l. II Decret. Paul., p. 96.

(79. Sanctissimus advocavit causam a tribunali conservatoris religionis Hierosolymitanæ, ac mandavit dari præfecto Nursiæ facultatem procedendi contra exemptos; Asculana, seu Spoletana 27 Junii 1703, lib. III Decret. Vallem., pag. 498.

(80. Ad preces magni magistri d. ordinis et gravissimis, et extraordinariis circumstantiis sanctissimus tribuit ad triennium episcopo facultatem extrahendi a locis immunibus milites confugitos pro causa exposita, reportata tamen obligatione cum juramento de non puniendo ob confugium; Meliten. 27 Novembris 1692, libr. I Decret. Vallem., pag. 159.

(81. Prorogatur ad decennium facultas extrahendi personas, et res suspectas morbo pestilentiali. In eadem 26 Martii 1685, d. libr., pag. 179.

(82. Item sanctissimus tribuit ad triennium episcopo facultatem extrahendi confugas ad loca immunia, reportata tamen obligatione suprascripta; i. id.

(83. Hierosolymitanæ militiæ permittitur super triremibus celebratio missæ tempore navigationis, quo triemes anchoratæ sunt in quibusvis oris, littoribus et portibus habitatis et non habitatis, dummodo celebratio missæ hujusmodi eo tempore, quo mare tranquillum, et cælum serenum reperiatur, et cum assistentia alterius presbyteri seu diaconi fiat, ita ut periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione minime adsit; Benedictus XIV, tom. I, Constit. 41, incip. Exponi (37). Ipsius militibus et subditis

constituta, facultatem a Rom. pontificibus sibi dari postulaverint, sacrum terra marique faciendi (hanc enim non concessit primus Benedictus XIV, sed a suis decessoribus sæpe alias concessam confirmavit) argumento est. Melitenses equites veram, perfectamque missam in castris juxta ac in triremibus celebrari vetuisse. Idem Paciaudus duplex altare viati-

seu incolis insularum ipsius ditioni subjectarum conceduntur indulta bullæ cruciatæ; idem constituit. 86, incip. Quoniam per tot.

(84. Pro Hierosolymitanis capellanis attendendæ sunt sequentes resolutiones sacræ congregationis Concilii in Illerden. synodi, relatæ a Benedicto XIV, de Synodo diocæsana lib. III, c. 7, n. 2 et 3, ibi:

(85. Primo, An fratres cappellani sacræ religionis Hierosolymitanæ, curam animarum habentes, teneantur convenire ad synodum Diocæsanam?

Secundo, An iidem fratres cappellani curam animarum habentes, et sacramenta in eorum ecclesiis regularibus, et exemptis ministrantes clero, et populo sæculari, subjecto episcopo loci, teneantur ad diocæsanam synodum convenire?

Tertio, An iidem fratres cappellani, curam animarum habentes, teneantur interesse lectioni, et conferentiæ casuum conscientia ab episcopo præscriptis propter necessitatem, vel utilitatem ecclesiæ, præsertim contra propositiones damnatas?

Die 17 Julii 1683, sacræ congregatio respondit: Ad primum, secundum, et tertium affirmative.

(86. Eorum ecclesiæ parochiales subsunt visitationi episcopi ut sedis apostolicæ delegati, et visitationi priorum Hierosolymitanorum, ita tamen ut si episcopi et priorum decreta inter se discrepent illa prævalent, quæ ab episcopo sunt edita, juxta plures sacrarum urbis congregationum sententiam relatas a Monacello in Formular. tom. I, tit. 5, formul. 2, num. 2, et signanter in Mediolan. 12 Novem. 1689, et in congregatione particulari deputata ab Alexandro VIII, in causa Hispal. 30 Jan. 1794, in respon. ad 6, et relata in congregatione generali 18 Aug. 1695. Idem Benedict. loc. cit., n. 4.

(87. Multo magis ad synodum accedere debent, et episcopis subjiciuntur in iis quæ parochiæ administrationem respiciunt sacerdotes sæculares ecclesiis parochialibus equitum Hierosolymitanorum præfecti, ut censuit: « Sacra Congr. Concilii in Pragen. jurisdictionis, quæ ad dubium, an nominati, seu deputati in dictis ecclesiis, postquam reportaverint ab archiepiscopo licentiam pro exercenda cura animarum, teneantur se conformare constitutionibus synodalicis, et ordinationibus consistorialibus, quoad omnia in ordine ad sacramentorum administrationem, et curam animarum; » die 14 Januarii 1708. Respondit affirmative. Idem ibid. n. 5, et habentur in Thesaurio resolutionum, tom. X, pag. 170.

(88. Alii sacerdotes, eidem ordini inservientes, subjecti sunt jurisdictioni episcopi, ut sedis apostolicæ delegati, et ad synodum accedere tenentur, nisi religiosam professionem emiserint, vel intra militaris claustrum septa viventes, religioni actu inserviant, et

cum, seu temporarium, quo Melitenses olim usi sunt in castris, dum adhuc in Oriente teterrima illa pro

sub prælati obedientia vivant; concil. Trident. sess. 24, cap. 11 de reformat. (89. Quod Tridentini Decretum instauravit, et distinctius explicavit Gregorius XIII, constit. 12, § 2, Bullar. part. III, tom. I, in qua prædictos inservientes, quocumque nomine nuncupentur, iterum subjicit delegatæ jurisdictioni episcoporum, tam in visitatione, quam extra visitationem, ibi: « Exceptis tamen iis, qui ecclesiis, aliisque locis dictorum militum actu serviunt, et intra eorum septa, et domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, quæ omnia debere simul concurrere intelligantur, sive iis, qui legitime, et secundum regulam prædictæ religionis professionem fecerint, de quo loci ordinario constare debeat. » (90. Quam explicationem semper respexit, suasque decisiones ad illam conformavit sac. cong. Concil., et præcipue in Materanen. jurisdictionis 8 Februarii 1639, lib. XXI Decret., pag. 533, et sequent., et novissime in Caputaquen. jurisdictionis 19 Novemb. 1733, ut habetur in Thesaurio resolutionum dicti anni. Idem ibid. num. 6, ubi ad id allegat Fagnan. Monacell. Pignatell. et Rotam dec. 120, n. 16, et seq. part. XXVIII, recent.

(91. Et ibidem num. 8, subjungit, quod quæ hactenus de Hierosolymitano dicta sunt, adamussim congruunt militari ordini SS. Mauritii et Lazari, qui a S. Pio V, in constit. 43, § 12, Bullar. t. IV, part. II, pag. 339, in omnibus exæquatus est ordini Hierosolymitano. (92. Hinc cum nonnulli sacerdotes diocæsitis Uritanæ litteras, quas patentes vocant, obtinuissent a vicario Commendæ SS. Mauritii et Lazari, iisdemque muniti, se immunes jactarent a jurisdictione ordinarii, causa proposita in sacra congregat. Concilii, et disputato dubio, An officiales patentati SS. Mauritii et Lazari sint exempti a jurisdictione ordinarii? Die 17 Septembr. 1736, responsum fuit Negative. Hæc ille, et habetur etiam in Thesaurio resolutionum dicti anni.

(93. De ipsis equitibus plura statuit Benedict. XIV, constit. incip. Biennium, et signanter quod sint veri regulares; quod crux octogona sit tenus eorum habitus, non autem aurea crux a pectore pendens, quæ aliquando ipsis prohibita fuit, quamvis talis prohibitio usu recepta non fuerit; quod dicti equites ad episcopatum, aut cardinalatum evecti crucem octogonam ex tela alba tanquam habitum suæ religionis proprium supra vestes exteriores; et præcise supra mozzettam deferre possint cardinales ex eodem ordine assumpti, et quod crucem ejusmodi Melitensis episcopus mozzettæ in civitate Melitensi, mantelletæ vero assuta Romæ deferre possit, ut consuevit; et ad id plura exempla adducuntur.

(94. Commendæ ordinis S. Joannis Hierosolymitani sunt ab omnibus reservationibus exemptæ; ideoque semper omnino a magno magistro, vel alio ad id facultatem habente, de iis disponi debet; Bened. XIV constituit.

Christo certamina inirent, affert p. 388, seq. atque eruditè observationibus explanat. (Ed. BARB.)

